

Cæsareâ egi : spero que scripturum
ipsum super hoc negocio, ad Te aut
ad Mertelium. Quod si non succeffe-
rit, nihil porrò superest spei, nisi aut
Cæsar Lincium, aut ego Pragam ve-
niam.

Vix lectis tuis literis supervenit
Esaias Pachmarus Cremfensis, com-
mendans mihi literas Ammonii ad
Parentem superiori ætate jam mor-
tuum. Literas inclusas Guraldi Tu-
toris ad ipsum, quæso illi tradas.
In præsens veniam dabis brevitati
meæ, ob Nundinarum turbas & ne-
gocia. Vale. D. 14. Aprilis anno 1616.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero.

S. P. D.

QUas ad me ¹⁶/₂₆ Dec. Argentina
scripsisti literas, attulit Ammo-
nius, tanto gratior adventu, quan-
tò ego jam diu tui meique causa fui
sollicitus.

Grin.